

24 Rationem proximæ assertionis, quæ hic à D. Covarr. probatur, tradidit Cicer. lib. 1. epistol. ad Brut. epist. 13. ubi eo verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis huius; sed hoc clarè legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiores parentes Reipublica redderet. Eamque amplectuntur, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præf. 33. ex num. 6. ubi hanc potissimam esse asseverat, Guttier. ubi proximè. Sanctarel. de hæres. c. 34. dub. 3. num. 23. vers. Octavo, Farinac. d. quæst. 116. §. 3. numer. 73. Caball. sup. cas. 149. num. 22. Neapodan. in constitutionib. Sicil. verb. in forum filii, vers. Credo, quod Legislatores, Ambros. Vigna in tract. de hæres. quæst. 20. num. 208. Simanc. d. tit. 29. Alfons. à Cast. ubi proximè, Pichard in §. Publica autem, num. 15. Inst. de public. iudic. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 28. à num. 67. homines enim cum sciant, supplicium etiam post mortem permanens in liberis, in quibus magis, quam in se ipsis terrentur, & eruciantur, Menoch. num. 8. & dictum est sup. lib. 1. cap. 2. num. 94. ab his facinoribus promptius abstinebunt, quæ in posteros suos sunt vindicanda.

Huic alia ratio communiter addi solet deducta ex d. l. quisquis, §. Filii scilicet filios scelerata parentum vestigia repetituros, quibus similes futuri esse creduntur; Joan. cap. 8. vers. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere, vultis, Matth. cap. 7. vers. 18. Non potest arbor mala &c. Authent. de Referendar. sac. palat. §. 1. ad fin. collat. 2. Fabius lib. 5. Institut. orator. cap. 10. Nam similes inquit, parentibus, ac maioribus suis filii plerumque creduntur, & nonnunquam ad honestè, turpiterque vivendum in de causa sunt, Cæ. Rodigin. lib. 3. lectio. antiquar. cap. 29. in fine, sic ait: A flagitiosis geniti ad delinquendum procliviores, magisque lubrici evadunt, Ovid lib. 4. metam.

Et parum in filios abeunt cum semine mores.

Unde oportet ipsos egestate, & abjecta sorte fordescere, ut minus audaces evadant: quam rationem admittunt Sanch. putans priore esse potiore, d. lib. 2. cap. 27. num. 13. Ceval. dict. quæst. 653. Farinac. supra, Menoch. Simanc. Cast. locis nuperrimè allegatis, Ant. Gom. dict. cap. 2. num. 13. August. Barbof. in collectan. ad cap. non imputantur, num. 11. quæst. 4. & alii communiter. De quo vide infra, num. 68.

Verf. Quinta, pœna aterna.

26 Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam spiritualem imponit. Hoc probatur ex adductis sup. num. 6. nam ea Sacra testimonia de huiusmodi pœna debent intelligi, de quo D. Augustin. d. quæst. 8. sup. Jos. ubi Pœnas verò invisibiles quia nocent, & prodesse non possunt, ita nullus, Deo iudice, pro alienis peccatis luit. Idem probatur, ex cap. iam itaque 8. quæst. 4. cap. 1. 24. quæst. 3. Pat. Valent. sup. punct. 2. in princip. Becan. d. quæst. 8. cap. 3. n. 3. Suar. sup. disp. 22. sect. 1. num. 9. Vazq. d. disput. 135. cap. 1. num. 5. Alfons. à Cast. advers. hæres. lib. 12. fol. 92. col. 2. Guttier. n. 18. Menoch. d. conf. 90. num. 207. 208. Ojed sup. cap. 23. num. 104. Simanc. tit. 25. num. 1. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 91. vers. Tertio, & principaliter, Aug. Barbof. in collectan. ad cap. sine culpa, de reg. iur. in 6. Petr. Greg. d. c. 4. n. 4.

Similiter ab homine nemo puniri potest pro alieno peccato, ea pœna, quæ animæ directè noceat ad salutem spiritualem, ut excommunicatio, cap. non imputantur 10. 1. quæst. 4. cap. 1. 24. quæst. 3. Tusch. d. concl. 212. num. 30. Pat. Suar. d. disp. 22. sect. 3. num. 2. Guttier. ubi proximè, Menoch. num. 209. Alfons. à Cast. de inst. hæres. puniri. lib. 2. c. 11. D. Covar. in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 1. vers. Hac & alia, de sentent. excommunic. in 6. Barbof. in coll. ad d. cap. non imputantur, num. 1.

Ibi: Qualis est irregularitas.

28 Irregularitas, aut provenit ex delicto, aut ex defectu: cum ex culpa procedit, pœna dicitur, cum ex defectu, pœna rationem non habet; D. Covar. in Clement. si furiosus in princip. de homicid. Alfons. à Cast. de pot. leg. pœnal. lib. 1. cap. 3. vers. Ultimo additum est, fol. 18. Sanch. in Decalog. lib. 1. cap. 10. num. 4. ad medium, vers. Dies eam irregulari-

tatem; & omnes communiter. Hæc autem pœna rectè spiritualis dici potest, non quòd animæ salutè directè officiat, sed quoniam per illam homo inhabilis redditur ad Ordines Ecclesiasticos suscipiendos, vel exercendos, qui spirituales sunt; quemadmodum pœnam pecuniariam appellamus, quæ damnatum pecunia privat; atque ita intelligenda est Gloss, quam D. Covarr. impugnat. Sic pœnam spiritualem inhabilitatem ad beneficia Ecclesiastica, dixit Sanch. sup. d. lib. 2. cap. 28. n. 23.

Verf. Primum, hinc conciliantur.

De intelligentia, ac conciliatione huiusmodi locorum, sunt consulendi D. Chrysostom. homil. 1. & 4. in Isaiam, & sup. Psalm. 3. Abulen. in Jos. cap. 6. & 7. Pat. Suar. tom. 1. in 1. tract. 5. disp. 7. sect. 1. à n. 11. Pat. Vazq. d. disp. 135. c. 1. & 2. & alii, quorum memini sup. n. 6. 11.

Verf. Secundo, inferitur.

Cum apud Theſſalonicam impetu furentis populi miles fuisset occisus, Theodosius tunc Imperij gubernaculum tenens, hoc excessu nimium concitatus iussit, Theſſalonicenses ad ludos Circenses convenire, militibus imperans, ut ex ipsis quemcumque sibi obvium trucidarent, de qua immanitate cum ab Episcopis Italiæ redargueretur, indumentis Imperialibus depositis, publicæ poenitentiae se submitit, legemque sanctissimam condidit, qua cautum est, ut quoties Imperator præcipit ante ad trigessimum diem differretur; l. si vindicari 20. C. de ven. quæ habentur in cap. cum apud Theſſalonicam 69. 11. quæst. 3. & referuntur ab Euseb. histor. Eccles. lib. 11. cap. 18. Cardin. Baron. tom. 4. annal. Eccles. anno Christi 390. Moral. histor. Hispan. part. 1. lib. 10. cap. 45. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 10. num. 76. Menoch. conf. 98. num. 64. Chaffan. in catalog. glor. mundi, part. 1. considerat. 24. vers. 96. Pat. Suar. de charit. disp. 13. sect. 7. num. 15. Farinac. in prax. part. 3. de pœn. temperand. 9. 97. n. 34. Aviles in cap. 1. Prator. verb. mandamiento, num. 19.

Verf. Tertio, ab eadem resolutione.

Cum de hæreticorum pœnis sit differendum quis hæreticus sit, expedit agnoscere ex tradendis infra, lib. 3. cap. 1. à num. 6. Filii, ac nepotes eorum, qui Divinæ Majestatis læsæ crimen perpetrant (de offendentè humanam infra dicendum est à num. 38.) sunt inhabiles ad omnia munera, officia & beneficia Ecclesiastica, sive secularia, l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Pat. Suar. de fide, disput. 24. sect. 3. à num. 4. Hurtad. sup. sect. 2. §. 10. Molin. de just. disp. 658. num. 19. vers. Filii tamen, Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 27. ex num. 2. Diana resol. moral. part. 4. tract. 8. resol. 73. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 11. num. 50. Guttier. de delict. quæst. 5. num. 1. Parlador. different. 108. num. 4. 7. Pet. Greg. syntagmat. lib. 3. cap. 8. numer. 3. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. numer. 70. Menoch. conf. 808. num. 5. cum seqq. Ant. Gotz. d. cap. 2. num. 4. Decian. lib. 5. cap. 45. num. 5. vers. Et hoc intellige, Clar. sup. §. Hæresis, num. 19. Simanc. d. tit. 20. num. 15. Greg. Lop. in l. 4. glos. 1. tit. 26. part. 7. Mareſcor. variar. lib. 2. cap. 35. num. 10. Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 1. num. 8. & si aliqua obtineant beneficia, suos fructus non faciunt, quia eis iure ipso privantur, Dian. Hurt. sup. Ricciul. de iur. personar. extra grem. Eccles. existensium, lib. 5. cap. 29. n. 2. Sanctarel. sup. c. 35. dub. 2. n. 21. Peña in director. inquisit. part. 3. comment. 63.

Circa quod pernecessè erit hic adnotare nonnulla. Primum, hos filios hæreticorum, & nepotes irregularitatem contrahere, ita ut nec prima tonsura possint initiari, nam sub verbo, officium publicum, quo usus est Pontifex in cap. 2. §. Hæretici, de hæreticis, in 6. etiam ab hac sicut ab omnibus Ecclesiasticis Ordinibus remoti censentur; Hurt. ubi proximè, Pat. Suar. num. 3. Guttier. sup. qu. 52. num. 1. Simanc. num. 17. Bonacin. oper. moral. tom. 1. tract. de censur. disp. 7. de Irregularit. quæst. 3. num. 7. num. 9. Salced. ad Bernard. Diaz. in prax. c. 22. n. 2. Farinac. d. q. 91. num. 62.

num. 62. Aug. Barbof. in collectan. ad cap. 2. num. 5. de hæretic. in 6. Coninch. de Sacrament. disp. 18. d. p. 7. n. 5. 1. Dian. part. 4. tract. 2. resol. 45. Sanch. sup. cap. 28. n. 7. qui plures congesti, sed in Ordine suscepro ante patris condemnationem poterunt ministrare, Sanch. n. 10.

33 Secundum, sicut à beneficiis ita & à pensionibus Ecclesiasticis isti repelluntur, ne eas valeant obtinere, Sanch. n. 35. Dian. ubi proximè, vers. Notandum, Garcia de beneficio. tom. 2. part. 11. c. 10. §. 1. n. 74. Gigas de pensionib. q. 94. n. Farinac. n. 60. Lotter. n. 82. vers. Nihilominus.

34 Tertium, propter hæresim parentum liberos juris infamiam non incurere, quia nullibi reperitur talis pœna ipsis imposita; Pat. Suar. sup. num. 7. Hurtad. §. 17. Menoch. d. conf. 808. num. 44. Sanch. cap. 28. n. 4. 5. ubi disputat; quæ sententia etsi juris principiis valde conveniat, opposita communiter recepta est, eamque amplectuntur cum D. Covar. in presenti, Farinac. d. quæst. 191. num. 22. Merlin. ubi proximè, Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 91. vers. Tertio & principaliter, Molin. de primogen. lib. 4. cap. 11. num. 50. Simanc. tit. 9. num. 268. Cantera in quæstionib. crimin. tit. de quæst. tangentib. punition. delict. 1. num. 11. Pat. Molin. sup. num. 25. Pena in director. part. 1. comment. 4. vers. Hæc autem infamia, Azeved. in l. 1. num. 17. & in l. 3. n. 34. 35. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Enriquez lib. 14. de irregularit. cap. 5. num. 4. Castr. de just. hæretic. punie. lib. 2. c. 9. Parâ. de origin. Inquisition. lib. 3. qu. 9. n. 206. Pichard sup. n. 16. Dian. ubi proximè, Tusch. lit. H. conclus. 102. n. 9. Pet. Greg. sup.

35 Quartum, nepotes hæretici ex filia huiusmodi pœnis non teneri, ut decisum est in cap. statutum 15. de hæretic. in 6. sed si mulier in hæresim inciderit solum filij non autem nepotes, etiam ex filio puniuntur, Ant. Gom. d. c. 2. n. 4. Menoch. conf. 128. n. 1. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 13. post quæst. 8. in 8. pœna hæretic. Pat. Molin. n. 19. vers. Filij tamen, Pat. Suar. tom. 5. in 3. part. disp. 43. sect. 3. numer. 1. Pena sup. part. 3. comment. 19. 4. in princip. vers. Quantum ad primam Guttier. d. quæst. 5. n. 3. Parlador. sup. d. n. 4. Lotter. ex. n. 61. ubi latè, Farinac. cum plurimis, n. 5. Sanch. d. cap. 27. n. 2. Rationemque ibi reddit, quia infectio viri deterior est, quam fœminæ, & liberi potius patrem, quam matrem representant; ac quemadmodum paternæ familiæ honores, nobilitas, & dignitas ascendunt per masculinam lineam posteris deferuntur; ita & infamia, pœnæ aliæ eidem plus nocere debent. Alio verò filia hæretici, vel neptis ex filio, infamia, vel alia pœna afficiat; docent Pat. Hurt. dict. disp. 88. §. 27. Farinac. in prax. dict. quæst. 116. §. 3. numer. 97. etsi in crimine læsæ Majestatis humanæ loquatur.

36 Quintum, nedom hæreticorum liberos, sed etiam credentium, defensorum, receptorum, ac fautorum eorum his pœnis subijci, d. cap. 2. §. Hæretici de hæretic. in 6. Sanch. ubi proximè, Merlin. d. q. 3. n. 9. Farin. num. 49. Pat. Hurtad. sup. §. 3. Clar. d. §. Hæresis, num. 16. Lotter. num. 73. qui autem censentur credentes, defensores, & docent Pat. Suar. de fide, disp. 14. sect. 1. à princip. Simanc. tit. 15. Sanch. c. 10. Peña part. 2. quæst. 50. cum alijs, Hurtad. sec. 2. à §. 28. Farin. q. 182. §. 1. §. 4. §. 8. §. 9. à princip.

37 Ultimùm, filios ejus, qui ut suspectus de hæresi damnatur, ab his pœnis immunes esse, Pat. Hurt. §. 23. Farinac. d. q. 116. num. 67. Pat. decif. 400. lib. 2. Peña sup. comment. 164. vers. Nam filij suspectorum, Sanch. cap. 27. num. 29. Zanchin. de hæretic. tract. 28. n. 3. 4. Lotter. sup. num. 97. cum seqq. Dian. part. 4. tract. 8. resol. 75. vers. Notandum est tamen, Pat. Suar. de fide, disp. 24. sect. 2. n. 6. Idem est de filiis denunciatis patrem hæreticum; Hurtad. sup. Sanch. n. 30. Farin. n. 37. Decian. sup. lib. 5. c. 45. n. 5. Dian. ubi proximè, Similiter, si pater hæreticus respiciat, nulla pœna ejus posteris irrogatur, Hurtad. §. 20. Bonacin. sup. punct. 7. n. 9. Sanch. c. 27. num. 20. Carrer. de hæretic. num. 141. Merlin. d. quæst. 31. num. 18. Suid. conf. 68. num. 14. Cantera sub tit. de hæretic. cap. 1. num. 17. Mangil. de imputat. q. 4. num. 38. Ricciul. sup. d. lib. 5. cap. 30. num. 41. Pat. Molin. dict. disput. 658. num. 19. vers. Filij tamen Azeved. in l. 3. num. 26. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Tusch. d. conf. 102. n. 10. Guttier. d. quæst. 52. num. 2. & q. 5. ex num. 2. Lotter. num. 74. cum seqq. quorum plerique asserunt, hoc procedere, quamvis reus nondum sit ad poenitentiam receptus, modò ad eam recipiendam paratus decessat. Idem plu-

ribus laudatis, tenet Farinac. n. 64. per textum in c. statutum 15. de hæretic. in 6. Hoc tamen non procedit in hæretico, qui brachio seculari comburendus traditur, nam etsi ut Catholicus obeat, nihilominus filij ejus pœnas non evadunt, Bonacin. ubi proximè, Dian. de resol. 75. in principio, Sanch. n. 23. Simanc. d. tit. 29. n. 17. vers. Sed re avertius pensata, Ricciul. d. c. 30. n. 2. cum seqq. Param. sup. lib. 3. q. 9. n. 209. Farinac. n. 65. Peña. d. comment. 164. vers. Circa secundum, cum seqq. Parlador. different. 108. n. 12. quamvis aliqui contra sentiant, quos referunt Sanch. Farinac. de quo videndus Guttier. q. 56. per totam, ubi probat, filios eorum, qui in hæresim sunt relapsi, idè quæ comburuntur, si hi poenitent, pœnis non astringi; & Lotter. ex n. 77. His addere libet, quod si dubitetur, an aliquod officium sit publicum, ut ad illud hæreticorum filij non admittantur, Inquisitores cum Episcopo de hoc sunt cognitari; Dian. resol. 775. vers. Et advertite, Peña part. 3. comment. 8. Narbon. in l. 2. glos. 20. n. 168. tit. 1. lib. 4. Recopilat.

Filij, & nepotes per virilem sexum ejus, qui Crimen læsæ Majestatis perpetrat, juris infamia notantur, & nulla munera, vel officia publica possunt obtinere, Ant. Gom. d. c. 2. n. 13. Sanch. c. 29. num. 1. Guttier. n. 30. Molin. d. c. 11. n. 50. Menoch. conf. 99. n. 218. Gigas sup. tit. de pœn. quas fil. incur. q. 1. Decian. d. lib. 7. c. 31. Fachin. contror. lib. 7. c. 23. Gratian. disceptation. c. 368. n. 7. Bol. in prax. crimin. lit. de crimin. læsæ Majestatis n. 134. Pat. Molin. d. disp. 658. n. 26. Merlin. sup. q. 30. n. 3. Farinac. in prax. qu. 116. §. 3. num. 83. Has tamen pœnas, & alias statutas in d. l. quisquis, non incurunt fœminæ filiarum, vel neptes proditoris secundum communem, Clar. d. §. Læsæ Majestatis, num. 10. Decian. sup. c. 41. n. 12. Gigas eod. tit. q. 14. Sanch. c. 28. n. 3. Farinac. qui & alios refert n. 97. quod aperte probat l. 2. tit. 2. p. 7. ubi Suis filios que seant varones. Et ut locum habeant, requiritur quod pater admiserit crimen in personam Principis supremi, qui in temporalibus nulli subijcitur, vel in Rempublicam; aliis quamvis quicumque faciat contra ea, quæ diversis capitulis legis Juliæ Majestatis continentur, filij pœna non afficiuntur, Greg. Lop. in d. l. 2. glos. 5. in fine, Farinac. n. 123. Merlin. n. 28. cum seqq. Peregr. sup. lib. 3. tit. 9. n. 4. Clar. n. 14. ubi ait, Angelum referens, huiusmodi pœnas in filios in desuetudinem abiisse.

Conclusio proximè tradita ampliatur, ut etiam filij 39 proditorum sine incapaces ad beneficia Ecclesiastica obtinenda propter infamiam, c. infames 9. q. 1. Ojed. de incompatibilib. beneficiar. part. 1. c. penult. n. 93. 102. Dec. d. c. 41. n. 11. Gig. q. 9. n. 3. 4. Sanch. c. 28. n. 23. 24. Farinac. n. 18. infames enim secundum jus civile, nisi aliud expressum dispositum reperitur, tales de jure Canonico etiam habentur, c. omnes verò 7. q. 1. Quod est intelligendum, si erant laici tempore, quo pater de eo crimine fuit damnatus; nam si Clerici jam essent, nullam contrahunt infamiam, nec legibus Principum secularium in filios proditorum statuuntur astringuntur; Glos. in cap. satis perversum, §. 6. distinct. Greg. Lop. in d. l. 2. glos. 7. Decian. ubi proximè, Sanctarel. de hæres. c. 34. dub. 2. Sanch. c. 28. n. 19. 24. Baiard. ad Clar. sup. n. 19. Farinac. n. 117. 118. sed limitatur, si pater Clerici delinquit in Pontificem, vel Cardinales; nam talis filius pœnas luet, juxta cap. ult. §. Quod si quis, de pœn. In 8. Farinac. n. 119. Sanch. n. 20. Turrecremat. in cap. si quis, n. 7. caus. 6. quæst. 1. Gig. sup. q. 11. n. 12. Decian. d. c. 41. n. 1. Ruin. conf. 17. n. 4. volum. 5.

Eadem ratione filij laici proditorum sunt irregulares, 40 ex quo sententia in patentes lata est; sunt enim etiam infames quoad jus Canonicum, ut nuper dicebamus; & probant Pat. Suar. de censur. disp. 48. sect. 1. n. 4. Innocent. in c. qualiter & quando, §. 2. de accusationibus, Bonacin. d. disp. 7. de irregularitat. q. 3. punct. 1. n. 2. infames autem ad Ordines Ecclesiasticos admitti non possunt, d. c. infames, c. testis 39. 2. q. 7. Ita ex his tenent Pat. Suar. sup. sect. 3. n. 2. Bonacin. n. 13. Dian. part. 10. tract. 11. miscellan. resol. 26. in princip. Farinac. d. §. 3. n. 83. Barbof. in collectan. ad cap. satis perversum, n. 2. §. 6. distinct. Hurtad. §. 26.

Sed cum dubium occurrerit, an officium aliquod publicum censetur, ut ab eo liberi proditorum excludantur Princeps, vel Iudices ab ipso ad hoc designati, id decernere debent, Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12.

Nobilitas tamen sanguinis, vel privilegii, hujusmodi filiis non admittitur, nisi ea, quæ ab ipso delinquente in eos descenderet. Idemque de crimine hæresis dicendum erit, Simanc. d. tit. 29. n. 18. Pat. Saar. d. disp. 24. n. 7. Menoch. conf. 1128. num. 45. Pat. Hurtad. sup. §. 17. Sanch. qui latè agit; cap. 29. per totum. Tiraquel. de nobilitate, cap. 35. n. 4. Azeved. in l. 3. num. 29. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Villadieg. in foro juzgo, in prolog. leg. 11. n. 72. Guttier. q. 53. n. 8.

Præterea possunt succedere in majoratum ab alio, quàm à patre reo Majestatis institutum, antequam per sententiam condemnaretur; etiam si sub primogenio jurisdictione, vel dignitate, ut Ducatus contineatur: quod similiter in filiis hæretici obtinet, Sanch. omnino videndus de utroque latissime agens, c. 30. per totum, Molin. de primogen. d. c. 11. ex n. 50. quamvis num. 54. relinquat cogitandum, ubi Addition. Menoch. conf. 805. ex n. 45. & conf. 808. n. 44. cum seqq. Pat. Molin. sup. 25. Villadieg. ubi proxime, n. 76. 81. Simanc. d. tit. 29. n. 27. Sed primogenitum fundaretur, patre jam damnato, filii ad illud admitterentur, modo per donationem inter vivos fuisset institutum, nam ex ultima dispositione succedere non poterunt, cum ex d. l. quisquis, acquirere ex ultima voluntate, non ex contractu, prohibeatur, Sanch. c. 29. num. 10. 11. Gregor. Lop. in d. l. 2. glof. 10. column. 2. tit. 2. part. 7. Molin. d. tit. cap. 11. num. 50. vers. Ceterum Ideo autem cum alius, quàm delinquens parens fundavit majoratum, distinctionem fecimus in hoc ultimo casu, quando scilicet post patrem condemnatum primogenitum sit; & non in priori, quoniam filius proditoris succedere potest, etiam ex testamento, quando jus invariabile, sive spes succedendi præcedit patris damnationem; hæc enim per paternum delictum non aufertur; cumque ad succedendum in majoratum omnes vocati talem spem nascendo consequantur, lex jus jam quæsitum filiis proditoris non admittit, nec privat eos bonis, aut officiis ante crimen patris obtentis, Sanch. cap. 28. num. 10. Pat. Hurtad. §. 18. quæ quidem spes à tempore institutionis primogenii censetur acquisita, ut observant Sanch. cap. 30. num. 11. Molin. num. 52. Pat. Molin. sup. quibus accedunt Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 91. vers. Tertio non obstat, Anton. Corbul. tract. de jur. embryonic. tit. d. caus. privar. ob mort. civil. n. 28. Menoch. conf. 805. n. 31. Ant. Conc. in d. l. quisquis, verb. omnium & proximorum successione. Hi enim affirmant, filios proditoris non privari successione, ad quam spem certam habebant, antequam parentes damnarentur; atque ideo in priori specie, sive majoratus instituat per contractum, sive per ultimam voluntatem, ad successione hujusmodi filii sunt admittendi. At in posteriori casu, non nisi primogenitum per contractum fundetur, sed constituatur, quia tempore paternæ damnationis de crimine, nullam spem certam ad succedendum in majoratum nondum constitutum habere poterant; quare incapacitas succedendi ex ultima voluntate ipsis obest. Quæ omnia ex mente DD. quos hic laudavimus aperte colliguntur.

Sed occurrit dubium, si post condemnationem patris, ei filius nascatur, nam hic possit succedere in majoratum antiquum in ultima voluntate institutum? videtur enim nullam spem successione quæri ei posse, antequam editus sit argum. l. ejus, qui in provincia, ff. de cert. petat. cumque natiuitatis tempore inhabilis invenitur ad succedendum ex testamento, dici non potest, spem succedendi fuisse ante incapacitatem quæsitam, quo cessat ratio supra tradita.

Nihilominus idem & de hoc filio, ac de jam natis, cum pater damnabatur, sentiendum est: etenim ex quo majoratus fuit institutus omnibus successoribus in infinitum, spes cessit succedendi; quæ quidem ei, qui in utero est acquiritur, argum. l. qui utero 7. & 26. ff. de stat. homin. pœnas autem ob paternum crimen non incurrit antequam nascatur, cum jus pro natis habeat, qui in utero sunt, quando de eorum commodi tractatur, non alias, d. l. qui in utero 7. l. fin. ff. de collat. bonor. unde prius quæritur jus ad succedendum, quàm inhabilitas superveniat, quæ, ut dictum est, spem jam quæsitam auferre non valet.

Sed videbitur alicui, quod secundum hæc poterit succedere in majoratum post patris damnationem institutum in ultima voluntate, qui nascitur post institutionem, quia

prius acquisivit spem successione, quam pœnam incapacitatis incurrit. Negatur tamen paritas, cum in prima specie vocatio fuerit facta tempore habili; in secunda verò, contra prohibitionem legis fundator vocaverit proditoris filium, atque ideo non constitit à principio dispositio ob incapacitatem vocati, l. si alienum 49. §. 1. ff. de hered. instit. tit. und. §. In extraneis, Instit. de hered. qualiter.

Verùm, quando parens, qui majoratum instituit, Majestatem Divinam, vel humanam offendit, est distinguendum; nam aut cum fecit ante delictum, vel post illud; hoc casu, corrumpit majoratus; illos, adhuc subdistingendum est, etenim si fuit per contractum revocabiler, vel irrevocabiler primogenitum institutum, sustinebitur, filii que fundatoris rei succedent; secus si per ultimam dispositionem, quoniam his, ut paulò ante dicebamus, acquirere ex contractu, non ex ultimo elogio, permillum est. Ita Sanch. d. c. 30. num. 13. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 91. vers. Advertendum tamen, Molin. d. c. 11. num. 23. Pat. Molin. disp. 659. per totam.

Supra dicta absque difficultate procedunt in primogeniis, quibus jurisdictione, vel dignitas annexa non est, ubi enim majora tui Ducatus, Marchionatus, vel saltem jurisdictione accedit, merito potest dubitari an liberi hæreticorum, aut proditorum, sint admittendi; tum propter infamiam, tum quia jure prohibentur officia, vel dignitates obtinere; qua propter eos excludi debere, probat Parlador. differ. 108. §. 1. num. 4. Gregor. Lop. d. glof. 10. col. 2. Guttier. qui alios laudat, q. 54. ex num. 14. ubi testatur, per Supremum Castellæ Senatuum filio hæretici fuisse adjudicatum aditum primogenium, usu dignitatis interdicto, quæ illi erat annexa; & Molin. num. 54. dubitat: quibus jungendi sunt, qui absolute docent, filios hujusmodi delinquentium à quocunque majoratu repellendos, ut Did. Per. in l. 1. col. 7. vers. Sed circa præmissa, tit. 7. lib. 8. Ordinament. Burg. de Paz. in quæstion. civil. quæst. 7. à num. 57. sed DD. relati sup. num. 43. respondent, hæc procedere, cum dignitas principaliter quæritur; secus si per consequentiam, ut in majoratu contingit, cui dignitas est accessoria, multa enim, quæ directè fieri non permittuntur, per consequentiam licet ut fiant, l. 1. ff. de author. tutor. l. quod dicimus 7. eod. tit. l. si is, qui 50. ff. de liberat. legata: leg. si aliena 10. §. 1. de usufruct. in modicis 24. ubi Glof. verb. accessit, ff. de contrab. empt. cap. ex litteris 7. de jur. patronat. Hæc tamen folio scrupulo non caret, ut colligitur ex l. atheleas 4. §. 1. vers. Sive autem, ff. de iis, quæ rant. infam. l. in fraudem 10. ff. de iis, quib. ut indign. Nihilominus quamvis dubia sit quæstio prior sententia Sanch. & aliorum tradita supra, d. num. 43. amplecti ex eo debet, quod dicitur, l. quisquis, & omnes, quæ pro alienis criminibus pœnas non delinquentibus irrogant, sunt odiosæ, & quantum fieri possit, restringendæ, cap. odia, de reg. jur. in 6. Merlin. de quæst. 30. num. 26. Ceval. d. tit. quæst. 63. ad finem. Tusch. lit. P. conc. 2. 11. num. 33. Guazzin. de defens. re or. auct. defens. 3. 3. 9. Caball. resolut. crimina. cas. 149. n. 19. Menoch. de arbitrar. cas. 345. num. 11. Surd. decis. 167. num. 14.

Solet quæri, an propter crimen lætæ Majestatis à matre commissum filii incidant in pœnas, de quibus in d. l. quisquis, & partem affirmativam sequuntur, Glof. verb. minus aufuras, in d. l. quisquis, ubi Syn. Alexand. in tract. de malefic. verb. che ay tradido la patria, nu. 12. Jul. Clar. d. §. l. se. Majestatis num. 13. vers. Quæro etiam, Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12. Negativam verò magis communiter, DD. tenent; Greg. Lop. in d. tit. l. 2. glof. 6. Alber. in d. tit. l. quisquis, Hostiens. in cap. vergentis, de heretic. Decian. sup. d. tit. capit. 41. num. 14. Merlin. d. tit. quæst. 30. num. 21. Farinac. d. quæst. 116. §. 3. num. 100. Gigas sup. quæst. 17. à num. 3. Peregrin. de jur. fise. lib. 3. tit. 9. num. 6. constitutio enim d. l. quisquis, quæ solum loquitur de patre delinquente, ad matrem, cum illa odiosa sit, extendenda non est; maxime ubi diversitatis ratio reperitur; nam filii matrem non representant, nec sunt de ipsius familia; l. pronuntiatio 195. in fine, ff. de verbor. significat. nec tam similes matri, quam patri quoad mores existimantur; propter perfectionem feminis, quæ in eo solo est; Lotter. num. 66. 69. nam feminam cum ipso non concurrere in generatione, docuit At. Stotel. de generat. lib. 2. cap. 2. Federic. de Senis conf. 301. numero primo, vers. l. 1.

Iste opinio, Lotter. d. quæst. 28. num. 66. Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 21. num. 10. 11. ubi plures, etsi contrarium probabile sentiat, feminæque non ita audaces sunt, ut viri, ad facinus arduum proditoris aggrediendum, d. l. quisquis. Ad filias, in fine: quare oportet, ut hi magis, quàm illæ pœna in liberos statuta, terreantur. Sed cum communis DD. sententia probet, filios hæreticæ pœnas incurrit, quæ sunt in filios hæreticorum stabilitæ, ut constat ex allegatis, sup. n. 35. quare aliud est dicendum in crimine lætæ Majestatis humanæ? Cui objectioni potest responderi, tum quod feminæ passim labuntur in hæresim, experientia docet; perrarò humanam Majestatem offendunt, notant Gregor. Lop. Clar. & alii proximè adducti; atque ita acrius puniendum est scelus, quòd frequentius patrat. l. aut facta 16. §. ult. ff. de pœn. lib. 8. tit. 31. part. 7. ubi Greg. Lop. glof. 10. Tum infectio sanguinis materni, quantum influat in liberos, ut in hæresis pravitatem incidant, neminem fugit; quapropter cum in eis materni flagitii exempla metuantur, justè coercentur; sed an vitio matris, quæ in humanam Majestatem deliquit, ejus descendentes afficiantur, ut materna sequantur vestigia, nullus scire potest, cum mulieres tale crimen committere, ferè nunquam eveniat.

Ad Num. 2.

Nepotes ex filio ejus, qui Majestatis reus damnatus est, easdem pœnas incurrant, quas filii, ex d. l. quisquis; quæ extenso nititur constitutioni imperatoris Federici, cujus hic D. Covar. meminit, verba ejus sic se habent: Reos lætæ Majestatis in personis eorum; & liberorum suorum exheredatione damnatis, Multo fortius, justiusque, contra Dei blasphematores, & Catholicæ fidei detractores provocamus, eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & advocatorum suorum heredes, & posteros usque, ad secundam progeniem beneficis cunctis temporibus, publicis officiis, & honoribus imperialis auctoritate privantes. Quæ constitutio edita fuit Paduæ anno 1254. extatque apud Sanctum inquisitionis Tribunal sub Bulla Pontificia, quam referunt Peña in director. ad finem, int. liter. Apostolic. pro Offic. Sancti. Inquisit. in d. l. quisquis, in fine quæstionum, Alberic. ibi. col. 3. quam ampliationem tuentur Ant. Gom. d. c. 2. num. 15. & in l. 40. Taur. num. 91. vers. Tertio principaliter, Sanch. cap. 28. num. 2. Molin. d. cap. 11. num. 50. Jul. Clar. sup. num. 13. Menoch. d. lib. 5. pref. 34. ex n. 12. Guttier. sup. cap. 30. num. 30. Gig. d. tit. de pœn. quæ filii incur. quæst. 15. num. 17. Farin. num. 89. Greg. Lop. etsi dubius, in d. l. 2. part. 1. glof. 5. post medium, Pat. Molin. sup. num. 20. Batriagar. in d. tit. l. quisquis, col. 2. in fine, vers. Item habet locum in nepotibus, Instit. de public. judic. Peregrin. sub lib. 3. tit. 9. num. 5. secus in avia delinquente, Farin. sup. Ant. Gom. d. tit. num. 5.

Sed de jure Regionis ampliatio non procedit, cum in d. l. 2. tit. 2. p. 7. nulla nepotum mentio fiat, ut notant Gregor. Lop. Pat. Molin. & Sanch. ubi proxime, Guttier. sup. de q. 52. n. 6. quibus accedunt idem sentientes Pichard. in d. §. Publica autem, ex num. 14. Gom. Vajo in prax. quæst. ult. n. 58. & probatur ex l. 3. ad medium, tit. 8. lib. 8. Recopilat. Nec refragatur l. 6. tit. 1. part. 2. ubi dicitur, omnes descendentes notari ob proditoris crimen; nam debet intelligi de infamia facti, prout advertit ibi Gregor. Lop. glof. 2. quem Pat. Molin. & Sanch. sequuntur, qui omnes dubitant, an de jure communi, opinio contraria vera sit; secundum quod nepotes non teneri pœnis d. l. quisquis, docent Decian. d. tit. lib. 7. c. 41. num. 7. Merlin. de quæst. 30. num. 15. quibus consensit Pichard. sup. qui generaliter loquitur.

Ad Num. 3.

Filii, ac nepotes hæreticorum illegitimi, etiam ex quo cunque damnato complexu procreati, modo pater certus sit, pœnas jure impostas non aliter, ac legitimi sustinent; nam cum in illis eadem ratio militet, non debent melioris esse conditionis, quam isti; Menoch. d. lib. 5. pref. 33. ex num. 9. Sanch. cap. 27. num. 1. Simanc. d. tit. 29. n. 16. Pat. Saar. de eersur. disp. 43. sect. 3. num. 2. Sard. conf. 86. num. 6. Jacob. de Graff. in aureis decis. lib. 2. cap. 11. num. 19. Azor.

tom. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 8. in 8. hereticor. pœna, Farinac. d. tit. quæst. 191. num. 54. Sanctarel. sup. cap. 3. 6. dub. 1. n. 5. Ricciul. d. tit. cap. 30. num. 1. Peña part. 3. comment. 163. Pat. Hurtad. sup. §. 24. Dian. part. 4. tract. 8. resol. 76. vers. Not. etiam. Lotter. sup. num. 71.

Idem juris est de liberis reorum Majestatis humanæ, Molin. c. 11. n. 56. Sanch. & Menoch. ubi proxime, Greg. Lop. d. glof. 5. ad medium, Gig. d. tit. de pœn. quæ fil. incur. q. 7. Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12. Clar. n. 11. Farinac. d. tit. §. 3. num. 86. In adoptivis verò, cum cessent rationes dilectionis paternæ, ac sanguinis infectionis, ob quas filii ob parentum scelera pœnas dant; d. l. quisquis, locum habere non potest, imò eidem legitima debetur, cum alias de jure præstaretur, nisi delictum adoptionem præcedat: quod etiam in hæresi intelligendum est, ut per Farina. nu. 116. Sanctarel. sup. Ricciul. ex nu. 7. Gig. quæst. 7. n. 6. Decian. ubi proxime, num. 6. Quando autem adoptatis, vel arrogatis liberis legitima debeatur; fuscè tradit Merlin. sup. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. per totam. Quæ conclusio videtur amplianda, etsi avus maternus nepotem adoptaverit in filium, posteaque in crimen Majestatis incidit; nam causa, & proximitas naturalis debet attendi, nec veritas imagine naturæ, qualis est adoptio potest obumbrari; l. filio, quem pater 23. ff. de lib. & posthum.

Sed emancipati filii pœnis præfatis subjiciuntur, ac si in potestate existerent delinquentis, ex rationis identitate, ut notat Greg. Lop. in d. l. 2. glof. 5. in princip.

Ad Num. 4.

An filii hæreticorum beneficiis obtentis, antequam parentes notorietate, aut sententia hæresim commississe constiter, privari debeant? est quæstio satis controversa; de qua fuscè Sanch. d. c. 28. num. 27. Ojeda de incompatibil. beneficiis, cap. 23. ex num. 100. & alii ex eis, quos statim laudabimus. Suntque duæ oppositæ sententiæ. Affirmativam tuentur Flamin. de resignat. beneficior. lib. 3. q. 1. n. 34. Decian. sup. lib. 5. cap. 20. num. 5. & cap. 45. nu. 6. Gig. sup. lib. 3. quæst. 11. in fine, Peregrin. d. lib. 3. tit. 10. num. 2. Roman. sing. 603. Garcia, de benefic. tom. 2. part. 11. cap. 10. num. 273. Lambartiu. de jur. patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 9. num. 7. alias, 11. Castald. de Imperator. quæst. 18. num. 13. Berol. in cap. item cum quis, num. 43. de restitut. spoliator, Mucatel. in prax. crimin. tit. de crimin. læt. Majest. Divin. & human. in fine, Grassis, sup. lib. 2. cap. 11. num. 11. & secundum hanc sententiam judicasse Rotam post longam discussionem, testis est Marscot, variat. lib. 2. c. 35. n. 10. quamvis ibi iudicium suum non interponat, Tusch. lit. H. conc. 101. n. 3. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 28. à n. 81. ubi n. 99. quid si mater sit hæretica.

Negativam verò partem, & sic quod filii hæreticorum, nec jure ipso, nec per sententiam possint prædictis beneficiis privari, cum D. Covar. amplectuntur, Pat. Saar. d. disp. 24. sect. 3. n. 5. Hurtad. §. 13. Sanch. n. 28. Menoch. conf. 808. num. 36. Dian. part. 4. tract. 8. resolut. 76. vers. Verum contraria Rebus in prax. benefic. tit. de mod. annuend. benefic. num. 25. Guttier. sup. quæst. 53. à n. 3. Montalu. in l. 4. verb. dignidad. ad finem, tit. 26. part. 7. Zechi. in summ. com. 1. tit. de fidei. 11. n. 16. Carter. de heretic. n. 14. Azev. in l. 1. num. 206. tit. 3. lib. 8. Recop. Azor. sup. in 8. heretic. pœna, Afflic. lib. 3. feudor. tit. quæ sin regal. §. Et bona committentium, Ojeda sup. Param. de origin. inquisit. lib. 3. q. 5. n. 203. Jul. Clar. d. §. Hæresis, n. 6. Ojalor. de nobilit. part. 4. cap. 9. num. 9. Simanc. d. tit. 29. n. 2. & in enchirid. judic. tit. 6. n. 9. Salced. ad Bernard. Diaz. in prax. cap. 114. vers. Quinimo filii hæreticorum, Peña d. comment. 163. col. penult. vers. Sententiam superiori oppositam, & quicquid de jure sit, consuetudine obtinuit, ut beneficiis non priventur obtentis, ut notant Tusch. sup. n. 4. Simanch. d. tit. 29. num. 7. Clar. ubi proxime, Guttier. Canoniar. lib. 2. cap. 30. n. 38. Ojed. sup.

Quæ assertio ampliatur ad beneficia, quæ filius habuit post paternum crimen, priusquam sententia de eo fuisset lata, vel alias confessione in judicio, aut notorietate parentem hæreticum esse apparuisset; nam ipsa, jure poterit retinere, cum ad hoc hæresis ascendens non officiat, S 2 nisi